

Culex parvus

Culex parvus ē prīmā volātūrā domum remeāvit et studiōsē mātṛī suae: „Mamma,“ narrat, „māgnificum tempus! Hominēs mihi impetuōsē applaudēbant.“

Pozn: *culex, icis, m.* – komár; *studiōsē (adv.)* – nadšeně; *tempus, oris, n.* – čas, doba, ZDE: chvíle; *mihi (dat. od ego)* = mně; *impetuōsē (adv.)* – bouřlivě; *applaudō, ere, plausī, plausum (3. konj.)* – tleskat (+DAT = komu);

Vēlitabulātor et carcharī

In marī duo carcharī natant et vēlitabulātōrem vident.

Prīmus ait: „Ecce, antecēnium.“

Alter respondet: „Quīn etiam in lanciculā cum mappulā!“

Pozn: *vēlitabulātor, ōris, m.* – windsurfař; *carcharus, ī, m.* – žralok; *antecēnium, īī, n.* – svačina; *alter (zájm.)* – druhý; *quīn etiam* – dokonce, ba i (v hlavní větě); *lancicula, ae, f. (deminutivum od „lanx“)* – tácek; *mappula, ae, f.* – ubrousek;

Canis et pūlicēs

Canis obvium amīcum, etiam canem, habet et interrogat: „Quō properās?“

Amīcus respondet: „Cum pūlicibus ad veterīnārium.“

„Quid mīrum, ego pūlicēs iam duōs annōs habeō, sed adhūc numquam aegrōtābant.“

Pozn: *pūlex, icis, m.* – blecha; *obvium amīcum habēre* – potkat přítele; *quō* – kam?; *veterīnārius, īī, m.* – veterinář; *quid mīrum* – jak (je to) zvláštní; *aegrōtāre (1)* – být nemocný, churavět;

Passer et birotārius

Passer circā viam volat, animō nōn adest et birotārium involat. Passer iacet et nōn movētur. Birotārius cautē passerem terrā sublevat et domum portat. Miseram volucrem in aviārium cum aquā et pāne dat. Post duās hōrās passer recreātur, circumspectat et „Ubi sum?“ ait: „Cancellī, aqua, pānis... Vae! Birotārium necāvī!“

Pozn: *passer, eris, m.* – vrabec; *birotārius, īī, m.* – cyklista; *animō adesse* – dávat pozor; *involāre (1)* – vletět, ZDE: napálit (+AK. – do koho); *cautē (adv.)* – opatrně; *terrā sublevāre (+AK.)* – se země zvedat (koho); *aviārium, īī, n.* – klec (ptačí); *duās = ak. fem. od „duo“ (dva)*; *recreārī (1)* – probrat se, přijít k vědomí; *cancellī, ōrum, m.* – mříže; *vae (citosl.)* – běda!

Vespertīlīōnēs

Trēs vespertīlīōnēs volant et ad arborem advolant. Prīmus vespertīlīō āvolat, post paululum temporis remeat, dentēs sanguine respersōs habet et inquit: „Vidētisne gregem equōrum in campō? Trēs equōs exsorbuī.“ Alter vespertīlīō āvolat, post paululum temporis remeat, dentēs sanguine respersōs habet et inquit: „Vidētisne gregem bovum in clīvō? Trēs bovēs exsorbuī.“ Tertius vespertīlīō āvolat, post paululum temporis remeat, caput sanguine respersum habet et inquit: „Vidētisne columnam apud viam? Ego nōn vidēbam.“

Pozn: *vespertīlīō, ōnis, m.* – netopýr; *trēs (nom. pl. c.)* – tři; *advolāre ad (+AK.)* – přistát na čem; *paululum, ī, n.* – maličko, málo; *post paululum temporis* – za chvíli; *sanguine respersus* – zakrvácený, zbrocený krví; *-ne* – tázací částice za prvním slovem věty, nepřekládá se; *exsorbeō, ēre, uī* – vysát; *bōs, bovis, c.* – kráva, vůl, býk; *columna, ae, f.* – sloup;